

## Band VIII., Nr. 2918, Seite 193-195

*Konrad der Ältere und der Jüngere von Weinsberg verkaufen an das Kloster Schöntal einen Hof zu Binswangen.*

Binswangen, 1279. Dezember 13.

Cuncta, que rationis ordine et iuris equitate statuuntur, citius deleret oblivio aut importunitas infringeret ingenii malignantis, nisi cauta litterarum series ea fideliter ad notitiam transmitteret posterorum. Nos igitur Cunradus senior et Cunradus iunior de Winsperc tenore presentium recognoscimus et testamur universisque tam posteris quam modernis ipsarum inspectoribus declaramus, quod nos facto venditionis contractu cum . . . abbate et fratribus in Schontal super curia nostra sita in Binzwangen, que olim eidem monasterio attinebat, reddidimus eis pro trecentis libris Hallensium prompte pecunie ipsam curiam cum omnibus suis attinentiis, nemoribus videlicet pratis agris cultis et incultis fructibus in ipsis agris iam inventis vineis domibus areis in Binzwangen et in Erlibach sitis quesitis et non quesitis et breviter cum omnibus, que dictum monasterium in nostro districtu possidebat, antequam esset ad nos ipsa curia devoluta, omni iure proprietatis et libertatis quiete ac libere perpetuo possidendam, renuntiantes in presentibus proprietati advocatie precarie exactioni servitiis universis et precise omni iuri, quo in prefatis bonis gaudere quomodolibet solebamus. Excipimus autem ab ista donatione seu venditione solum molendinum in superiori parte ville Binzwangen situm, quod tempore huius contractus in possessionem transierat alienam. De vineis sane sciendum, quod vinee, quas temporibus pie memorie patris et patris nostri domini Engilhardi quondam senioris de Winsperc sepedictum monasterium possidebat, libertate gaudebunt per omnia prenotata, vinee vero, quas Albertus dictus Bunne de Sulme, H. dictus Griebo de Heilicbrun, Dincmûdis uxor Snabelonis, soror Irmingardis de Winsperc iam possident, quarum proprietates monasterio in Schontal attinet in presenti, ipsis possessoribus viventibus legi precarie subiacebunt. Quibus defunctis prefatum monasterium easdem vineas ab omni precaria et ab omni iure advocatie de cetero liberas et absolutas sicut et ceteras vineas suas perpetuo possidebit. A solutione etiam carrate unius vini de Binzwangen, quod nobis fratres sepedicti monasterii illo tempore, cum curia prefata in nostra potestate consisteret, singulis annis solvere tenebantur, erunt de cetero modis omnibus absoluti. Insuper omni libertate et omni iure fratres sepefati monasterii in villis in campis in pascuis in nemoribus de cetero perpetuo gaudebunt, quo gaudebant olim, cum adhuc non esset ad nos memorata curia devoluta. Nos vero si litteram

## II

qualemcumque a dictis fratribus habuerimus, quod tamen ignoramus, que huic contractui preiudicium generare valeat aut ipsum aliquatenus infirmare, irritam penitus decernimus in presentibus et inanem. Huius rei testes sunt: dominus Cunradus nobilis de Hehinriet, dominus Albertus nobilis de Ebersperc, dominus Erkingerus de Maginheim, dominus Erkingerus filius eiusdem, dominus Engelhardus de Winsperc, item Heinricus de Talheim, Heinricus de Bretach, Cunradus advocatus de Beckingen, Burchardus dictus Stemeler milites, item Cunradus quondam scultetus in Binzwangen, Cunradus advocatus noster dictus Fremede et tota universitas villarum in Binzwangen et in Erlebach et alii quam plures fide digni et honesti. Ceterum in maiorem omnium premissorum evidentiam et memoriam iugiter retinendam presentes dedimus litteras reverendi patris domini Bertholdi Herbipolensis episcopi nec non predictorum nobilium de Hehinriet, de Ebersperc, de Maginheim, de Winsperc sigillis et nostro etiam, insuper sigillis civitatum in Heilicbrun et in Winsperc diligentius communitas.<br> <br> Acta sunt hec aput Binzwangen, anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo nono, in die beate Lucie virginis et martyris.

—

An gelben und roten Seidenfäden noch sieben Siegel, während das 8. fehlt: 1) WUB, Bd. VII, S. 367 beschrieben. 2) schildförmig, 42, 35 mm., drei (2, 1 gestellte) Kugeln; Umschrift: + S. CVNRADI . DE . HEHENRIET. 3) rund, 61 mm., in einem mit Ranken reich damascierten Siegelfeld ein gelehnter Schild mit Eberkopf, auf dem linken Obereck ein mit Büffelhörnern besteckter Topfhelm; Umschrift: + SIGILLVM . ALBERTI . DE . EBERSBERG. 4) Erkingers von Magenheim, WUB, Bd. VIII, S. 149 beschrieben. 5) rund, 67 mm., in einem geneigten Schilde drei (2, 1 gestellte) Schildchen, auf dem linken Oberecke ein Topfhelm mit 2 gestürzten Fischen als Helmzier; Umschrift: + . SIG . + . CVNRADI . ET . CVNRADI . . . . BERCH. 6) rund, 67 mm., in einem geneigten Schilde drei (2, 1 gestellte) Schildchen, auf dem linken Oberecke ein Topfhelm mit 2 gestürzten Fischen als Helmzier; Umschrift: + . *Sigillum* . ENGELHARDI . SENIORIS . DE . WINBERG . (! anderer Stempel als WUB, Bd. VII, S. 162). 7) der Stadt Heilbronn WUB, Bd. VII, S. 110 beschrieben.

## Überlieferung und Publikationen

### Lagerort:

StA Ludwigsburg

### Signatur/Titel des Originals:

B 503 I U 297

### Überlieferung und Textkritik:

Original. Abschriften in den Kopialbüchern HStA Stuttgart H 14 Nr. 214, S. 111, Nr. 95 (Binswangen) und H 14 Nr. 216, S. 288v.

### Editionen:

Zeitschrift Württembergisch-Franken, Bd. 6, S. 262 (nicht ganz vollständig).

### Regesten:

Württembergische Geschichtsquellen, Bd. 5, S. 8, Nr. 30.

## Weitere Angaben

### Sprache:

Lateinisch

### Ausstellungsort:

Binswangen

### Ortsindex:

Binswangen Wohnplatz (1932)<br> Binswangen, Erlenbach, HN<br> Brettach Wohnplatz (2336)<br> Brettach, Langenbrettach, HN<br> Böckingen Wohnplatz (1771)<br> Böckingen, Heilbronn, HN<br> Ebersberg Wohnplatz (1296)<br> Ebersberg, Auenwald, WN<br> Erlenbach Wohnplatz (1933)<br> Erlenbach, HN<br> Heilbronn Wohnplatz (1773)<br> Heilbronn, HN<br> Kloster Schöntal Wohnplatz (2651)<br> Kloster Schöntal, Schöntal, KÜN<br> Magenheim Wohnplatz (1899)<br> Magenheim, Cleebronn, HN<br> Neckarsulm Wohnplatz (2106)<br> Neckarsulm, HN<br> Oberheinriet Wohnplatz (2221)<br> Oberheinriet, Untergruppenbach, HN<br> Schloß Ebersberg, Auenwald, WN<br> Talheim Wohnplatz (2214)<br> Talheim, HN<br> Weinsberg Wohnplatz (2238)<br> Weinsberg, HN<br> Würzburg, WÜ